

LIBER GENESIS 8,1-22 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Recordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quae erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutae sunt aquae.

Et recordatus est Deus Noach, & omnis bestiae & omnis iumentum quae cum eo in arca, & transire fecit Deus ventum super terram, & quieverunt aquae.

(C) ... et tunc misit dominus spiritum et abstinuit aquam.

(I) Et memor fuit dominus Noe (M) et bestiarum et iumentorum (I) qui cum illo erant et induxit dominus spiritum super terram et cessavit aqua.

(H) Recordatus est autem deus Noe cunctorumque animantium et omnium iumentorum quae erant cum eo in arca (et) adduxit spiritum super terram et imminutae sunt aquae.

Recordatus autem Deus Noe cunctorumque animantium et omnium iumentorum, quae erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, et imminutae sunt aquae.

Es gedachte aber Gott des Noah und alles Getieres und Viehes, das mit ihm in der Arche war, und Gott ließ einen Wind über die Erde hingehen, und die Wasser sanken ein.

2 Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractae coeli: & prohibitae sunt pluviae de coelo.

Et clausi sunt fontes voraginis & cataractae coeli, & prohibita est pluvia de coelo.

(I) Et conclusi sunt fontes abyssi et cataractae caeli (A) et detenta est pluvia de caelo.

(H) Et clausi sunt fontes abyssi et cataractae caeli et prohibitae sunt pluviae de caelo.

Et clausi sunt fontes abyssi et cataractae caeli, et prohibitae sunt pluviae de caelo.

Und die Quellen der Tiefe hatten sich geschlossen, und die Schleusen des Himmels und der Regen vom Himmel blieb(en) gesperrt.

3 Reversaeque sunt aquae de terra euntes & redeuntes: & coeperunt minui post

centum quinquaginta dies.

Et reversae sunt aquae desuper terram, eundo, & redeundo, & defecerunt aquae a fine quinquaginta & centum dierum.

(O) Cessavit aqua super terram.

(H) Reservaeque aquae de terra euntes et redeuntes et coeperunt minui post centum quinquaginta dies.

Reversaеque sunt aquae de terra euntes et redeuntes et coeperunt minui post centum quinquaginta dies.

Es kehrten die Wasser von der Erde zurück, zurück in einem beständigen Zurückkehren, und die Wasser wurden weniger am Ende von 150 Tagen.

4 Requievitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniae.

Et requievit arca in mense septimo, in septima decima die mensis super montes Ararat.

(I) Et sedit arca in mense septimo septima et vice(n)sima mensis super montes Ararat.

(A) Adhuc enim septem dies ego inducam pluviam super terram (I) et delebo omnem resurrectionem carnis a facie terrae.

(H) Requievitque arca mense septimo vicesima (et) septima die mensis super montes Armeniae.

Requievitque arca mense septimo, decima septima die mensis super montes Ararat.

Und die Arche ruhte, im 7. Monat am 17. Tage des Monats, auf einem der

Berge von Ararat.

5 At vero aquae ibant & decrescebant usque ad decimum mensem. Decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium.

Et aquae fuerunt eundo & deficiendo usque ad mensem decimum. In decimo, in una mensis, visa sunt capita montium.

(I) Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem in undecimo autem mense prima die mensis (ap)paruerunt capita montium.

(H) At vero aquae ibant et decrescebant usque ad decimum mensem decimo enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium.

At vero aquae ibant et decrescebant usque ad decimum mensem; decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium.

Und die Wasser blieben fortgesetzt im Abnehmen bis zum zehnten Monat; im zehnten am ersten Tage des Monats wurden die Spitzen der Berge gesehen.

6 Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arcae quam fecerat, dimisit corvum.

Et fuit a fine quadraginta dierum, & aperuit Noach fenestram arcae, quam fecerat. Et emisit corvum.

(I) Post quadraginta dies aperuit Noe ostium arcae quod fecit (E) et emisit corvum.

(H) Cumque transissent quadraginta dies aperiens Noe fenestram arcae quam

fecerat. Dimisit (emisit) corvum.

Eratque cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcae, quam fecerat, dimisit corvum.

Es geschah am Ende von vierzig Tagen, da öffnete Noah das Fenster der Arche, das er gemacht hatte. Und er ließ den Raben hinaus.

7 Qui egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aquae super terram.

& exiit egrediendo & redeundo, donec arescerent aquae desuper terram.

(I) Ut videret utrum cessasset aqua et exiens non est reversus donec siccaret aqua a terra.

(H) Qui egrediebatur et (non) revertebatur donec siccarentur aquae super terram.

Qui egrediebatur exiens et rediens, donec siccarentur aquae super terram.

Er ging zwar aus, kehrte aber immer wieder zurück, bis zur Trocknis der Wasser von der Erde weg.

8 Emisit quoque columbam post eum, ut videret si iam cessassent atque super faciem terrae.

Et emisit columbam a se, ad videndum, an alleviatae essent aquae a superficie terrae.

(E) Et emisit columbam post eum (X) ut videret si cessasset.

H) Emisit quoque columbam post eum ut videret si iam cessassent aquae super faciem terrae.

Emisit quoque columbam a se, ut videret si iam cessassent aquae super

faciem terrae.

Und er ließ die Taube von sich her frei, um zu sehen, ob die Wasser leicht sich verflüchtigen von dem Angesicht der Adama weg.

9 Quae cum non invenisset ubi requiesceret pes eius, reversa est ad eum in arcam: aquae enim erant super universam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam.

Et non invenit columba requiem volae pedis sui, & rediit ad eum in arcam, quia aquae super faciem omnis terrae.

(L) Non inveniens columba requiem pedibus suis reversa est ad eum in arca(m)

(A) et extendit manum suam accepit eam et induxit eam ad semetipsum in arcam.

(M) extendens manum suscepit eam et introduxit ad se.

(H) Quae cum non invenisset ubi requiesceret pes eius reversa est ad eum in arca(m) aquae enim erant super universam terram extenditque manum (suam) et adprehensam (adprehensens eam) intulit in arcam.

Quae, cum non invenisset, ubi requiesceret pes eius, reversa est ad eum in arcam, aquae enim erant super universam terram. Extenditque manum et apprehensam intulit in arcam.

Und die Taube fand keine Ruhestatt für ihren Fußballen, und sie kehrte zu ihm zurück in die Arche; denn Wasser [war] auf der ganzen Oberfläche der Erde. Und er streckte seine Hand aus und nahm sie und brachte dieselbe hinein zu sich in die Arche.

10 Exspectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca.

Et exspectavit adhuc septem dies alios, & addidit emittere columbam ex arca.

(L) Et iterum dimisit columbam ex arca.

(M) Tenuit septem diebus aliis et iterum dimisit.

(H) Exspectatis autem ultra septem diebus aliis rursum dimisit columbam ex arca.

Exspectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca.

Und er wartete ferner sieben andere Tage, und er ließ die Taube noch einmal aus der Arche.

11 At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noë quod cessassent atque super terram.

Et venit ad eum columba ad tempus vesperae, & ecce folium olivae raptum in ore eius. Et cognovit Noach quod alleviatae essent aquae, desuper terram.

(L) Et reversa est (S) columba ad eum sub vespera(m) habens ramum oleae in ore suo.

(M) Regressa est igitur columba ad vesperam habens folium oleae et ramum in ore suo et cognovit Noe quia defecit aqua a terra.

(A) Habebat olivae folia surculum in ore suo.

(H) At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo intellexit ergo Noe quod cessassent aquae super terram.

At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum olivae virentibus foliis

in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aquae super terram.

Und die Taube kam zu ihm zur Zeit des Abends, und siehe, ein frisches Blatt des Ölbaumes in ihrem Munde. Da erkannte Noah, dass die Wasser hinschwanden von der Erde weg.

12 Expectavitque nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quae non est reversa ultra ad eum.

Et expectavit adhuc septem dies alios, & emisit columbam, & non addidit reverti ad eum adhuc.

(I) Alios septem dies iterum dimisit columbam.

(H) Expectavitque nihilominus septem alios dies et emisit columbam quae non est reversa ultra ad eum.

Exspectavitque nihilominus septem alios dies; et emisit columbam, quae non est reversa ultra ad eum.

Da wartete er noch andere sieben Tage und ließ die Taube frei, sie kehrte ferner nicht mehr zu ihm zurück.

13 Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutae sunt aquae super terram: & aperiens Noë tectum arcae, aspexit, viditque quod ex(s)iccata esset superficies terrae.

Et fuit in uno & sex centesimo anno, in primo, in una mensis, aruerunt aquae desuper terram: & removit Noach operimentum arcae. Et vidit & ecce aruerant facies terrae.

(I) In primo et sescentesimo anno vitae Noe (M) primo die mensis

(im)minuta est aqua a facie terrae et denudavit Noe tectum arcae.

(H) Igitur sescentesimo primo anno (vitae) tectum arcae aspexit viditque quod exsiccata esset superficies terrae.

Igitur sescentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, siccatae sunt aquae super terram, et aperiens Noe tectum arcae, et ecce aspexit viditque quod exsiccata erat superficies terrae.

Im Jahre 601, im ersten [Monat], am ersten [Tag] des Monats, waren die Wasser auf[s]getrocknet von der Erde weg, und Noah entfernte die Decke der Arche. Und er sah, und siehe, trocken war die Fläche des Erdbodens.

14 Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis, arefacta est terra.

Et in mense secundo, in septima & vicesima die mensis, aruit terra.

(M) In secundo autem mense septima et vicesima die mensis siccata est terra.

(H) Mense secundo septima et vicesima die mensis arefacta est terra.

Mense secundo, septima et vicesima die mensis, arefacta est terra.

Und am 27. [Tag des] II. [Monats], war die Erde ausgetrocknet.

15 Locutus est autem Deus ad Noë, dicens:

Et locutus est Deus ad Noach dicendo:

(E) Et dixit dominus deus ad Noe dicens:

(H) Locutus est autem (dominus) deus ad Noe dicens:

Locutus est autem Deus ad Noe dicens:

Und Gott redete zu Noah also:

16 Egredere de arca, tu & uxor tua,

fili tui & uxores filiorum tuorum tecum.

Exi de arca, tu, & uxor tua, & filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum.

(E) Exi de arca tu et uxor tua et filii tui et uxores filiorum tuorum.

(H) Egredere de arca tu et uxor tua (et) filii tui et uxores filiorum tuorum tecum.

„Egredere de arca tu et uxor tua, filii tui et uxores filiorum tuorum tecum.

Geh hinaus aus der Arche, du und dein Weib und deine Söhne und die Weiber deiner Söhne!

17 Cuncta animantia quae sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quam in bestiis & universis reptilibus, quae reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam.

Omnem bestiam, quae tecum, ex omni carne, in volatili, & in iumento, & in omni reptili reptante super terram, educ tecum, & rep(t)ant in terram, & crescant & multiplicentur super terram.

(X) ... et crescite et multiplicamini super terram.

(H) (Et) cuncta animantia quae sunt apud te ex omni carne tam in volatilibus quam in bestiis et in universis reptilibus quae reptant super terram educ tecum et ingredimini super terram crescite et multiplicamini super eam (terram).

Cuncta animantia, quae sunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus

quam in pecoribus et in universis reptilibus, quae reptant super terram, educ tecum, ut pullulent super terram et crescant et multiplicentur super eam.“

Alles Getier, das mit dir zusammen ist, dass sie sich tummeln auf Erden und fruchtbar seien und sich mehren über der Erde.

18 Egressus est ergo Noë, & filii eius, uxor illius, & uxores filiorum eius cum eo.

Et exiit Noach, & filii eius, & uxor eius, & uxores filiorum eius cum eo.

(I) Et exi(v)it Noe et uxor eius et filii eius et uxores filiorum eius cum eo.

(H) Egressus est ergo Noe et filii eius (et) uxor illius et uxores filiorum eius cum eo.

Egressus est ergo Noe et filii eius, uxor illius et uxores filiorum eius cum eo.

Und Noah ging hinaus, und seine Söhne und sein Weib und die Weiber seiner Söhne bei ihm.

19 Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quae reptant super terram, secundum genus suum, egressa sunt de arca.

Omnis bestia, omne reptile, & omne volatile, omne reptans super terram ad familias suas exierunt de arca.

(X) Et omnes bestiae et reptilia et volatilia et pecora.

(H) Sed et omnia animantia iumenta et reptilia quae repunt super terram secundum genus suum arcam egressa sunt.

Sed et omnia animantia, iumenta, volatilia et reptilia, quae reptant super terram, secundum genus suum egressa sunt de arca.

Alles Getier, alles Gewürm, alles Geflügelte, alles, was sich auf der Erde regt, nach ihren Geschlechtern gingen sie aus der Arche.

20 Aedificavit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucris mundis, obtulit holocausta super altare.

Et aedificavit Noach altare domino, & tulit ex omni iumento mundo, & ex omni volatili mundo, & fecit ascendere holocausta in altari.

(E) Et aedificavit Noe (S) altare deo et accepit ab omnibus pecoribus mundis et ab omnibus volatilibus mundis et obtulit hostiam super altare deo.

(M) ... aram deo et sumpsit a bestiis et a volatilibus mundis et obtulit holocausta.

(X) ... altare domino et sumpsit ex omni pecude mundo et ex omni ave munda et obtulit hostias ad altare et immolavit et cremavit.

(H) Aedificavit autem Noe altare domino et tollens de cunctis pecoribus et volucris mundis obtulit holocausta super altare.

Aedificavit autem Noe altare Domino; et tollens de cunctis pecoribus mundis et volucris mundis obtulit holocausta super altare.

Und Noah baute einen Altar für IHN und nahm von allem reinen Vieh und allen reinen Vögeln und brachte Ganzopfer auf dem Altare dar.

21 Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, & ait. Nequaquam ultra maledicam terrae propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in

malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem, sicut feci.

Et odoratus est Dominus odorem quietis. Et dixit Dominus ad cor suum: Non addam ad maledicendum adhuc terrae propter hominem, quia cogitatio cordis hominis mala a pueritia sua: & non addam adhuc ad percutiendum omne vivens quemadmodum feci.

(K) Et delectatus est deus in odorem suavitatis ...

(E) Et odoratus est dominus odorem suavitatis (I) et dixit dominus deus recogitans non adiciam ultra maledicere terram propter opera hominum quia adposita est mens hominis diligenter ad maligna a iuventute (M) non ergo adhuc adiciam percutere omnem carnem sicut feci.

(A) ... non adiciam ergo adhuc percutere omnem carnem vivam quemadmodum feci.

(H) Odoratusque est dominus odorem suavitatis et ait ad eum nequaquam ultra maledicam terrae (terram) propter homines sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adulescentia sua. Non igitur ultra percutiam omnem animantem, sicut feci.

Odoratusque est Dominus odorem suavitatis et locutus est Dominus ad cor suum: „Nequaquam ultra meledicam terrae propter homines, quia cogitatio humani cordis in malum prona est ab adulescentia sua. Non igitur ultra percutiam omnem animam viventem, sicut feci.

Und ER roch den Wohlgeruch und ER sprach zu seinem Herzen: Ich will ferner nicht noch einmal den Erdboden verfluchen um des Menschen wegen, denn das Gebilde des menschlichen Herzens ist böse von Jugend

an, und ich will ferner nicht noch einmal alles Lebende erschlagen, wie ich getan habe.

22 Cunctis diebus terrae, sementis & messis, frigus & aestus, aestas & hyems, nox & dies, non requiescent.

Adhuc omnes dies terrae, sementis, & messis & frigus, & aestus, & aestas, & hyems, & dies, & nox non cessabunt.

(I) Omnibus diebus terrae semen et messis hiem[p]s et aestus die et nocte non requiescent.

(H) Cunctis diebus terrae sementis et messis frigus et aestus aestas et hiem[p]s nox et dies non requiescent.

Cunctis diebus terrae, sementis et messis, frigus et aestus, aestas et hiems, dies et nox non requiescent.”

Fernerhin, solange nur immer die Erde steht, sollen Saat und Schnitt, und Kälte und Hitze, und Sommerzeit und Herbst, und Tag und Nacht nicht feiern.//